



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Reverendi Patris Martini Stredonij Soc: Jesu**

**Schwertfer, Wenzel**

**Pragæ, 1673**

Caput XXV. Miraculi speciem habentia. Prædictiones, & sensus de  
Augustæ Domûs Austriacæ successibus futuris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43132**

156 VITÆ R. P. MARTINI STREDONII S. J.

quam alius notari potuit. quam ego facilè principem Virtutem inter solidas, post charitatem, constantiam illam virtutis appellare non dubito. semper sibi (ultra 40. annos, quibus vixit in Societate) censorem esse, semper in fræno sensum, semper animum vigilem, nunquam in illud in quod fert natura, inclinari: credet ille quod Martyrij genus esse possit, quàmque holocaustum excellens in omnibus DEO præstetur, qui unam vel alteram diem aut hebdomadam, sibi vitâ legis irretortâ virtutisque amulsi, vivere, loqui & agere decrevit. Omnes denique jure merito ex hoc principio solidas in viro illo virtutes dixerò, cùm in omnibus parvis & magnis, solidus ac constans velut *statua Virtutis*, ut S. Paulum S. Chrysostomus vocabat, ad finem vitæ perseverârît.

Homi. 6.  
de laud.  
Pauli.

C A P U T XXV.

Miraculi speciem habentia. prædictiones & sensus de Augustæ Domûs Austriacæ succellibus futuris.



Um ità magnificè de DEO sentiret, & cum solo DEO ambulare, se penitens despecto, citra ullum creaturarû ambi-



ambitum P. Martinus decreviffet : impertiri viciffim DEUS magnificentiæ fuæ Magnalia eidem vifus fuit , dum eidem gratias humanâ vi majores communicavit. Quantum à creaturis avulfus , ad Creatorem & fublimia Spiritus illius contenderet , à primis annis Sacerdoti; DEUS ad miraculum patefacere incepit. Illuftriffima Domina D. Elifabeth. Dorothea Comitiffa Halleweilliana. Nata Wratislawiana de Mitrowic, testatur ( verba funt ex Germanico in latinum, ad verbum, quantum fieri potuit reddita) Secundum Confcientiã, audiffè fe ex Dorothea Herula Mraczkiana Materte ra fuâ; vifum ab illa bonæ memoriæ P. Mart: Stredoniũ facrificij tempore per angelos ulnæ fpatio à terra elevari & longiusculum ità fufentari. Etiamnum dum hæc fcribo fuperftes R. P. Tobias Gebler Societatis noftræ recensuit ; quod fibi A. R. D. Decanus Nepomucenus fub articulum mortis manifef tâffèt ; vidiffè fe in facello veteris Convictûs Pragenfis P. Stredonium in aëre levatum eo tempore , quo fe ad excipiendas Alumnorum Confefliones ; orando præparaverat ; dixiffè que Alumnis reliquis , adeffent propere , fuũmque Patrem Confeflarium in fublime fufpenfum viderent. confeflum deinde fe levitatem illam eidem P. Martino , à quo monebatur,



batur, ut quæ vidisset silentio premeret; gratiâ illius id factum esse, ut ità imbecillis virtus spectaculo illo à DEO lactaretur. Vifus imò frequentius in aërem sublatuſ ad æſtum orationis. ſemel in Italico Pragæ ſacello, quod D. Adamus Libertinus P. Andreae Stredonio, germano Patris Martini; & iterum in Templo Salvatoris quod eidem Illuſtriſſima Domina Barbara de Stoſſin ſanctè affirmavit. Memini anno 1630. Pragæ divulgatum, ſacrificantem ad aram S. Patriarchæ Ignatij, relictis in ſuppedaneo crepidis, cubitòtenus elevatum fuiſſe.

Sacroſanctè teſtabantur duo Cives Brunenſes Burchardus & Gröſcheliuſ, ſe jure jurando firmare velle, tempore gravioris Svecicæ obſidionis, circumfuſum luce inter orandum ſæpiuſ conſpectum, etiam ſupra pinnaculum Eccleſiæ Noſtræ. Ultimuſ certè Gothici Martiſ globuſ ante ſelectentem in ambitu Collegij concidit, immotúſque à caſu perſtitit ac requievit, quaſi victorioſis Patris Martini precibuſ ſupplex homagium præſtaret, victumque ſe fateretur. Quarum orationum viſ & efficacia, eò demum proceſſit, ut duplici etiam loco præſentiam illiuſ eodem tempore demonſtrârit. quod diſertè aſſeruit Andreas Coadjutor Societatiſ noſtræ, qui à Litanijſ veſpertiniſ, cubiculum Patris Martini Pragæ ingreſſuſ, deprehen-

dit



dit eundem facie radiantem, miraque & insolita suavitate se alloquentem. regressus ab illo in cubiculum Infirmorum, prodeuntem sibi que obviantem habuit attonitus ex eo, quod duobus locis eodem tempore, Virum sanctum conspexisset.

Habebatur etiam opinio, quod arcana cordium humanorum penetraret subinde. duos è nostris poenitentes aliquando monuit, accessisse illos ad Sacramentum poenitentiae absque justo dolore, quod fatebantur. Equidem de me ipso pro Gloria DEI affirmare ausim, attonitum me factum in ultimo alloquio secreto, quod mecum fecerat sub ultimam infirmitatem suam Brunæ, dum vultu in insuetam ridentiam collecto, spiritu & facie plura indicans, de arcanis meis ad erubescentiã quidem meam magnam (quanquam ad solatium in substantia) loquebatur. itaque loquebamur invicem, me conticente, ut quod innueret involucro verbi, hoc arcano sensu assequerer & cognoscerem, non solis DEUM uti verbis ad arcana colloquia exprimenda, signis extrinsecis lucidiora.

Emiserat in manibus P. Martini Professionem P. Andreas Schambogen Brunæ 1646. 21. Octobris, vir eidem inter charos unicus. hic eodem tempore monitus fuit, de quibusdam sibi eventuris in rebus animi quæ impossibilia fore



fore credebat, sed facta tandem mirari debuit, & hoc ipsum proprio chirographo testatus fuit.

Cùm arctiùs insultibus Brunam premeret Hostilis impetus, preciosiora cimelia sua Collegij abditis concredere volebant amici quidam Nostri, & pro custodia, Rectori eidem supplicabant. sed asseverando respondebat P. Martinus Rector, hostem non tantùm non ingressurum urbem, sed cum pudore abcessurum; ac proinde nullâ esse tantâ opus diligentiam in thesauris condendis, quod vir primarius (D. Gabriel Schram) ex oraculo accipiens, cimelia sua condere superfedit, authórq; pluribus fuit, ut consternatos expectatione ruinæ animos altiùs attollerent.

Laborabat ejusdem Schramij conjux Elizabetha ex partu admodum periculosè, juxta mentem Medicorum ac Matronarum, quæ parienti mortem certam ominabantur. Erexit tamen illam ad fiduciam Confessarius cognatus, P. Joannes Major eo tempore in Collegio Ecclesiastes, jussitque partum Collegij Rectori P. Stredonij precibus recommendari. Dum hæc P. Martino referuntur, remittit cum Numismate Sancti Ignatij ad infirmam & vovere jubet annuam Communionem. auditâ postmodum formulâ, quâ in voto fuisset usa, denuo remisit Patrem cum promisso; fore, ut mediæ noctis



noctis tempore abortum pareret incolumis futura. Rifu quidem ab astantibus hoc solatium acceptum, qui non aliud, quàm extinctam Matrem præstolabantur: sed nox media pro dicti veritate ac fide stetit, foetumq; mortuum incolumi Matri præsentavit.

Cùm ob sæpius nominatum quadrimestrem Svecicam obsidionem, pleròsque Tyrones à Collegio suo in Silesiam & Poloniam mittere adigeretur, dixit eisdem pro solatio, redituros omnes post annum, conspecturosque invicem tempore lætiori, quod eventus probavit.

De occasionibus currulibus & commodis, nunquam speratis & præconceptis, providebat Nostris cum charitate hospitalitatē exercens, donec opportunè adesset. & impossibile fuit quasdam aliquando rescire, quas tamen prædicebat, & hospitibus destinabat, sæpius attonitis.

Duraverat aliquamdiu annonæ caritas in Provincijs nostris, belli præsertim tempore. sed prædixit constante sibi verbo, levitatem annonæ admirandam secuturam & videndam ab illis qui annum septuagesimum hujus seculi vidissent. ad lamenta ferè popellus experitur, expertusq; fuit hanc levitatem in frumento, cujus modius alicubi sacci præciū æquasse dicitur.

Mirè autem hilaris, Glacij narravit, Nostris pluribus audientibus in Triclinio ad præsentiam



sentiam cujusdam Hospitis Domini secularis, quo tempore me secundæ ut vocamus, mensæ, adesse contigit, conclusam esse Germaniæ pacem universalem, quæ (quod attoniti postmodum comperimus) illa ipsâ die, quâ hæc narravit, conclusa fuit.

Augustissimæ Domus Austriacæ plurimum erat addictus. Reperietiam chirographum R. Patris Andreæ Schambogen, viri profancto habiti, & ejusdem R. P. Stredonij Confessarij, amicissimi, & post illum (uno mediante) Provincialis; qui chirographo illo testatur, asseverasse pluries P. Stredonium: *futuram adhuc gloriosam Serenissimam Domum Austriacam, & domituram feliciter hostes omnes*; atque in eam cadere consolationem sacre scripturæ: *Cùm te consumptam putaveris, orieris ut lucifer.*

Scio gravissimos viros de facto vivere, qui asserant, ad Augustissimi Cæsaris Leopoldi tempora, P. Martinum respexisse; & in particulari Leopoldum (velut alterum Phœnicem) à P. Stredonio nominatum esse: Quod probari fortasse potest anno maximè 1670. quo chirographum illud in lucem prodijt. & ex contextu Jobi antecedente & consequente, qui sic habet: *Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad Vesperam: & cùm te consumptum putaveris, orieris ut lucifer. & habebis fiduciam, propositâ tibi spe,*  
& de-



C A P U T XXV. 163

*Et defossus securus dormies. Requiesces, Et non erit qui te exterreat: Et deprecabuntur faciem tuam plurimi. oculi autem impiorum deficient, Et effugium peribit ab eis, Et spes illorum abominatio anima.*

De Turcici imperij excidio, clarè & cum exultatione Spiritûs ajebat, inchoandam brevi ruinam ipsius, ideóque Societatem eo nomine hortabatur ad Græcæ linguæ studium, quòd essent (secundùm reliquas linguas) Constantinopoli Christianam doctrinam aliquando explicaturi; illisque Regionibus reddituri gratiam à Constantinopolitanis Præfulibus SS. Cyrillo & Methudio, hisce partibus olim invectam.

C A P U T XXVI.

Gratia Curationum & commercium cum Defunctis. ;

**D**Ecubuerat Henricus Ulrich Tyro Coadjutor Societatis Nostræ Anno 1627. in Decembri, ad mortem, à Medico & chirurgo desperatus, & jam per noctem, vigilantia duorum commissus, ut extremo expirantis periculo adessent. Precatus illi fuerat bonam noctem P. Martinus circa Nonam Vespertinam, monuitque solum

X 2

DEUM